

August Varenius

Augustus Varenius D: Universitatis Rostochiensis h.t. Rector ad exequias Quas ... Viri Dni. Ernesti Sultemanni, Reip. Rostoch. Senatoris & Iudicii Tribunitii nuper Praesidis ... Mariti & Parentis sui desideratissimi ... exanimo corpori Solemni Ceremonia die XXX. Augusti ... Vidua & Liberi moestissimi adornatum eunt Omnes Academiae Cives ... invitat ...


Rostochii: Keilenberg, 1681


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77680507X>

Druck Freier  Zugang



Varenius, A.
in E. Sultermann.
Rostock, 1681.





AUGUSTUS VARENIUS D:

Universitatis Rostochiensis h. t. RECTOR

ad exequias

Quas

Amplissimi & Prudentissimi VIRI

DNI. ERNESTI
SULTEMANNI,

Reip. Rostoch. Senatoris & Judicii Tribuni-
tii nuper Præsidis fulgidissimi, Mariti & Parentis sui
desideratissimi placidâ beataqve morte defuncti,
ex animo corpori

Solemni Ceremoniâ die xxx. Augusti. horâ i. postmerid. ad
Conditorium usq; in Templo Mariano, deducendo, condendoq;

Vidua & Liberi mœstissimi adornatam eunt

Et ordinis Academici amplissimo Comitatu frequentari cupiunt.

*Omnes Academia Cives eâ quâ fas est, autoritate & hu-
manitate invocat. Conventus fiet in templo Nicolaitano horâ i.*

Ambrosius l. de Bono mortis.

Quid est, quo hæc vita delectet plena ærumnarum & sollicitudinum?

In qua innumeræ Calumniæ, multæ molestiæ & multæ lacrymæ eorum

afflictantur, & non est qui eos consoletur. Quid est, quod

inc, vitam tantopere desideramus, in quâ quantum diutius

is fuerit, tantò majori oneratur peccatorum sarcinâ?



ROSTOCHII,

Prælo p. m. Fried. K eilenbergii, Acad. Typogr.

ANNO. O. R. MDCCLXXXI.

*S. J. J. Cos. Georg
Bismarck*



Agna prudentiæ felicitatisque mortalis pars est, quicquid mundus ostentat, & in quo mirifice sese effert ac triumphat, illud, velut caducum & interiturum despicere, certissimæ mortalitatis memoriam ubique circumferre, ac ab exiguo hoc & caduco temporis transitu, ad illa, quæ immensa, quæ æterna, quæ cum solis melioribus communia sunt, non respicere solum: sed & toto sese animo dare. Opulentissimus (Danielis & Herodoti iudicio) & insolentissimus inde quondam Persarum Monarcha, ille post exauratam Regio thalamo cidarique Reginam Vashti, Maritus Ester & 117. ab Indiâ inde ad Æthiopiâ usque Provinciarum Imperator, Hebræis Ahasveros, aliâs Oxyares vel Xerxes dictus, quàm initio magnus, tam novissimè vanus terror Græciæ, Pisistratidarum hortatu, terribilibusque spectris incitatus ad bellum in Græcos, quum per magna camporum spatia porrigeret exercitum, tantum illum, ut non numeros singulorum: sed mensurâ per dena millia distributorum comprehen-

prehenderet, porrectumq; sic ex edito specta-
ret, lacrymas fuisse memoratur, quod intra
centum annos nemo ex tantâ juventute super-
futurus esset. Contrahendus annorum nume-
rus erat. Immanis enim ille, quem sic jacta-
bant, epotor fluminum, ille per tela in altum
jacta lucis solaris obscurator, ille maris per Ca-
tenas injectas domitor, Xerxis exercitus (quem
alii quinquaginta bis centenorum octoginta
trium millium, alii 1100000, peditum equitum-
que numero censent) tribus Spartanorum, sub
Duce Leonida, centuriis, in Thessaliâ Ther-
mopylis, primum vanæ molis ludibriû debuit,
mox in celebri ad Salaminem, ad Plataas,
ad Mycalen, Naumachiâ, intra triennium
nondum integrum, occidit, ipse autem Xer-
xes ægrè cymbâ, trajecto Hellesponto, trepi-
dus & palans miles excessit. Ita, cui persuasum,
angusta classibus maria, militi castra, expli-
candis equestribus Copiis Campestris, Cœlum
ipsum vix satis patens ad excipienda tela, qui
quotquot in immanibus castris militabant, de-
mum intra centum annos consumatum iri re-
putabat, oblitus quàm caducis animo tumens
confideret, intra biennium ferè victus, latè
longeque fusus, omnibus castris exutus, inter
strata suorum cadavera profugus vix evasit, &
X 2 quibus

quibus, non sine lacrymis, centesimum annum
timebat, intra exiguum tempus consumsit.

Quantò magis, noster, qui Christianæ religionis &
fidei Sacramento censemur, super illa nubila vanissi-
maque seculi ostentamenta, sese efferre, ad cœleste illud
brabeion assurgere, ac missis posthabitisque mortali-
bus, ad aeterna contendere debebat animus, de quo
brabeo Gentium doctor Apostolus: *Ego, inquit, eorum
quidem, quæ à tergo sunt, obliviscor, ad illa verò quæ à
fronte sunt, contendens, Scopum versùs feror ad brabeion
superna vocationis in Christo Jesu. Desidero emigrare,
& esse cum Christo Philip. I. 23. c. 3. 14.* Neque aliud
intendit dilectissimus Jesu Discipulus, ipse in Episto-
lis, dilectionis præco maximus, per illud omnibus omni-
um ætatum Ordinibus ter dedicatum salutare moni-
tum: *Ne diligite mundum, neque ea quæ in mundo sunt:
Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.
Quoniam quicquid est in mundo, Cupiditas Carnis, libido
oculorum & fastus vite, non est ex Patre: sed ex mundo.
Porro mundus præterit, & cupiditas ipsius: qui verò præ-
stat voluntatem Dei manet in aeternum 1. Joh. 2. 12. 13.
14. 15. 16. 17.* Acclamaverat alibi Princeps Apostolus
*Momentanea levitas afflictionis nostræ aeternum superex-
cellentis gloria pondus conficit nobis, dum non spectamus
ea quæ cernuntur: sed ea quæ non cernuntur. Nam quæ
cernuntur, temporaria sunt, at quæ non cernuntur, aeterna.*
2. Cor. 4. 17. 18. ad quæ verba Autor antiquus Com-
mentariorum in Paulum qui extant in oper. B. Ambrosii:
*Desiderium cœlestiū & spiritualiū habentes hæc presentia &
terrena spernunt, ac per hoc exire de isto seculo non metuunt:
sed gaudent. Hoc quippe boni coronandi; aliquando mi-
litis Christi est, inter hujus seculi Mœrores & Amores medi-
diâ*

diâ regiaque viâ incēdere, rectâ, constanter, alacriter cum DEO
 ambulare, pro fiduciali apud Deum *παρηγορία*, pro servandâ cum
 Patre & Filio ejus *κωνωνία*, pro Consumandâ *πυλιγγοσία* & sic
 verâ *Θρηνασία* noctes atqve dies Agno supplicare, & cum ac-
 cersitionis Dominicæ dies advenerit, certum latumqve boni
 certaminis hic decertati, cursusqve consumati, ad Domitium
 ex hoc stadio evocantem festinare. Cujus quidem desiderii
 voti; Sanctorum summam consecutus beatissimâ nuper emi-
 gratione jam nunc est, Vir Amplissimus & prudentissimus
 DN. ERNESTUS SULTEMANNUS, Senator, & novissimè ju-
 dicii tribuniti Præses spectatissimus, cujus nunc memoriæ ho-
 norique brevi hâc tractatione diei natalis, vitalis & fatalis su-
 prema solvimus. Annus quippe ipsi Natalis affulsit M. DC.
 XXXIII. dies 26. Julii, qui, sine intervallo insigniore, ipsi in la-
 vacro aqua & Spiritus, s. regenerationis illo Sacramento, lu-
 cem quoque natalis cœlestis accendit. Licet autem illud vulgò
 tritum: *sola virtus nobilitat*, veritati quàm maximè consenta-
 neum sit, nec ad veram gloriam quicquam faciat, longâ pom-
 pâ vanaque ostentatione recensere suæ familiæ nomina, facil-
 limèqve liquecant majorum ceræ virtutis honorisque cultu
 destituta, cum, prout gemmei freni equum meliorem non
 faciunt, nec leonem generosiorum juba bracteata; ita mul-
 tæ imagines stemmatumque flexuræ, frustra sint sine bonâ men-
 te, si tamen fulgor generis ac profapiæ non destituatur, excel-
 lentiâ virtutis ac doctrinæ, vel maximè peculiarem meretur
 laudem & recordationem. Atque talem non minùs Cele-
 berrimorum meritorum, quàm imaginū profapiam FUNCTO,
 beatum nunc in cœlis ævum degenti, obvenisse, vel sola sanè,
 extra necessitatem & angustiam Programmatiss si foret, non
 in transcurso memoranda testabuntur Majorum Nomina. Re-
 cordatur adhuc Academia Viri Consultissimi DN. HENRICI
Sultemann / Doctoris olim Jcti & Nobiliss. Facultatis Ju-
 ridicæ Rostochiensis Adjuncti fulgidissimi b. m. functo no-


X3


stro

stro Parentis venerandi. Recordatur Curia Rostochiensis Cognominis Avi DN. HENRICI **Sultemann** / Reip. Rostoch. Senatoris Amplissimi, piæ record. Recordatur Academia Celebrissimi summæque laudis Avi materni DN. LAURENTII STEPHANI Antecessoris in hâc Academia, Illustriss. Cancellariæ Güstroviensis Vice-Directoris & iudicii Provincialis tunc Stellamontani Vice-Præsidis eminentissimi, cujus filia MARGARETA ELISABETA **Steffens** / Profapiae Sexusque sui virtutum fulgoribus nobilissima, Functo nostro parens fuit veneranda, Recordatur Academia, Provincia, Germania & ultra hanc Univerſus Orbis eruditus, Viri Magnifici Domini ERNESTI COTHMANNI Jcti illustris, Antecessoris in hâc Academia famigeratissimi, Sereniss. Duc. Mekleb. JOH. ALBERTI gloriosiss. recordationis Cancellarii eminentissimi, excell. mem. Recordatur inclyta Gryphica Jcti Excellentissimi Domini JOACHIMI STEPHANI Jcti D. & Acad. Gryph. Antecessoris, Ducum Pomeraniæ Consiliarii Splendidissimi, utriusque Functo per Matrem, ejusdemque Avum Aviamque proavi materni, omnem laudem longè supergressi. Recordatur Curia Nobilissimi & Consultissimi Viri Domini MARCI **Tanken** Reip. Rostoch. Consulis olim primarii & Senioris emeriti, per fulgidissimam feminini Sexus dotibus AGNETAM **Tanken** / Matronam olim venerabilem, Proavi Functo paterni beat. record. per quæ tot ac tanta Nomina, non minùs natalium fulgoribus illustria, quàm summæ doctrinæ virtutumque decoribus conspicua non potuit non beatè functo decus accedere, & calcar ingens æmulandi illam majorum gloriam. Equidem jam eò majestatis processerat augusta virtus majorū, ut non admitteret auctariū, & non potuerit non satis abundè Nepoti esse, si saltem eminus longo intervallo tantam Auorum & Proavorum gloriam insequeretur. Unde in Schola patriâ maturè sub informatione Clariss. Viri DN, M. ADAMI **Seidenschwang** / p.m. (cujus


(cujus etiam post mortem beatam Ampliff. Parentis, anno æta-
 tis XXIII. infulâ Doctorali in hoc Helicone Balthico, sum-
 mâ cum laude & bonorum applausu coronata. c. 130 xxxv.
 d. 10. Martii, à caducis his ad æterna vocati, Convictorio, noster
 tunc pupillus, usus est) & adultior factus sub Clarissimo tunc
 Scholæ Oppidanæ Rectore, nunc plurimum Reverendo & Ex-
 cellentissimo SS. Theolog. Professore D. MICHAELE COBA-
 BO, Collegâ nostro honorando, in illis, quas Adolescentem
 scire decet, literis, insigniter profecit, quibus in Gymnasio
 deinceps Revaliensi, per quinquennium frequentato, luculen-
 tam accessionem comparavit, nec minus in primariis Belgii
 Germaniæq; Civitatibus & Academiis, usque dum tandem
 patriæ Academiæ redditus, sub celeberrimo Antecessore DN.
 D. HENRICO *Kahn* / Juris Professore venerando, Consistorii
 Ducum Assessore, qui Materteram nobilissimam tori sociam du-
 xerat, nostrumque Functum ad Contubernium convictumq; do-
 mesticum admoverat, Curriculum Studiorum & peregrina-
 tionum ex mensurâ illius dicti Græcorum: *ὁ χεῖρον*
εἶδος, οὐχ ὁ πλεονεξία εἶδος, πλεονεξία, cum laude absolvit, quæ ingenii,
 prudentisqve pectoris dotes, Beato nunc nostro, inde ab anno
 1671. dignationē Senatoriam in civitate patriâ & in hujus admi-
 nistratione, Præsidis judicii tribunitii gradum honorificum
 comparavit, in quo qualem Senatorem dederit, universa pa-
 tria, præcipuè Curia, luculenta testis esse poterit. Quàm au-
 tem Functo thalamus quondam obvenerit *ὄθρα ἄς*, illud verò
 elegans pulcherrimæ prolis testabitur numerus. Ex quo enim
 anno 1660. d. 6. Martii domum duxit lectissimam virginum, fu-
 turam ad mortem usque individua vitæ sociam, MARGA-
 RETAM *von Hagens* / ex eadem præter MARGARETAM
 HEDWIGEN, CATHARINAM MARGARETAM maturè be-
 atèqve functas, vidit ac inter mortales reliquit ANNAM ELISA-
 BETAM, ERNESTUM FRIDERICUM, LAURENTIUM HEN-
 RICUM, AGNETAM SOPHIAM, MARCUM CHRISTO-
 PHORUM

PHORUM, quibus Patre terreno destitutis, ille qui est אבי
 & Pater pupillorum, affectu omnem mortalis parentis affe-
 ctum virtutemque juvandi longissimè superante, nunquam
 desit! Superest supremorum, ipsiusq; sic *diei fatalis* traditio.
 Et de morbo quidem, quis & qualis **BEATO** nunc, nuper ob-
 venerit, quæ & quanta symptomata adjuncta habuerit, audi-
 endum fuerit iudicium Viri Excellentissimi & Experientissimi
DNI. PAULI JOACHIMI STOCMANNI, Doctoris Medici &
 Practici famigeratissimi, Domini Generi & Compatri nostri
 paternè dilecti & colendi, quod sic habet: *Laboravit Beatus no-*
ster Febre tertianâ continuâ, quam exceperunt Acuta & gra-
vissima Symptomata, evomitiones scilicet biliosæ, intolerabilis & ve-
hemens capitis dolor, vigilia continua, crebra Anxietas, pulsus
Arteriarum parvus & velocissimus, quibus, cum nec biliosæ collu-
vici per clysteres evacuationes, phlebotomia, astuantis caloris per
antifebrilia & Bezoartica Medicamenta, nec virium Corroboratio
per pretiosa cordialia exoptatum attulerunt auxilium, placidè &
piè præter nostrum desiderium & votum, in die critico & Anno cli-
maeterico abdormivit. Ita ergo, post sumtum e manu pl: Rev.
DNI. M. REMBERTI Sandhagens / Pastoris Nicolaita-
 ni & Rev. Ministerii Senioris venerabilis Δεωκλητὸν ἐφόδιον
 inter Preces, & tacita, quæ potentiùs vocali sermone loquuntur, Cordis
 suspiria, vultu oculisque in cœlum erectis, placidissimâ morte d. xxiii. Au-
 gusti inter 5. & 6. matutinam, ad cœlestia evocatus, abiit, abiit, tristeque sui
 desiderium Nobiliss. Viduæ Liberisque, Civitati autem decoram vir-
 tutis memoriam, reliquit, cum superiori Mense d. 26. Annos vitæ 48.
 absolvisset, & quadragesimum nonum ingressus, Unius mensis perio-
 dici spatium breve, varios inter cruciatus & dolores exegisset. Memorabile,
 quod L. 2. Rhetor c. 14. observavit Aristoteles: Viget, inquit, corpus à 30. annis
 ad usq; 37. ἢ ὅ ψυχὴ αἰεὶ ἐν τῷ δὲν πνεύματι. i. anima, ad undequin-
 quaginta. In ipsâ sic ἀμὴν vigoris virilis functus cortinâ mortalem clausit, in-
 gressus in aulam æter nî Regis, ubi inter Angelorum electorumq; spirituum
 choros sine fine triumphabit. Corpus verò, dum, hâc spe, terræ magnæ Matri
 traditur, vos, Cives, ut id ipsum, hodie circa 1. in templo Nicolaitano compa-
 rituri, deducatis, sicq; VIRO SENATORI meritissimo supremum
 honorem solvatis, simul verò mortem ubiq; expectare
 discatis, monemus. PP. d. 30. Aug. a. 1681.





(cujus etiam post mortem beatam Ampli-
tis XXIII. infulâ Doctorali in hoc Hel-
mâ cum laude & bonorum applausu cor-
d. 10. Martii, à caducis his ad æterna voca-
tunc pupillus, usus est) & adultior factus
Scholæ Oppidanæ Rectore, nunc plurimè
cellentissimo SS. Theolog. Professore D.
BO, Collegâ nostro honorando, in illis,
scire decet, literis, insigniter profecit,
deinceps Revaliensi, per quinquennium fir-
ram accessionem comparavit, nec minùs
Germaniæq; Civitatibus & Academiis,
patriæ Academiæ redditus, sub celeberrim
D. HENRICO **Xahn**/ Juris Professore ve
Ducum Assessore, qui Materteram nobilissi-
xerat, nostrumque Functum ad Contuberni-
mesticum admoverat, Curriculum Studii
tionum ex mensurâ illius dicti. Græc
εὐδῶς, οὐχ ὁ πολλὸν εὐδῶς σφῆς, cum laude ab
prudentisqve pectoris dotes, Beato nunc n
1671. dignationē Senatoriam in civitate patri-
nistratione, Præsidis judicii tribunicii grac
compararunt, in quo qvalem Senatorem d
tria, præcipuè Curia, luculenta testis esse p
rem Functio thalamus qvondam obvenerit
elegans pulcherrimæ proles testabitur nume
anno 1660. d. 6. Martii domum duxit lectissi-
turam ad mortem usqve individuum vitæ f
RETAM **von Hagens** / ex eadem præter
HEDWIGEN, CATHARINAM MARGARI
atèqve functas, vidit ac inter mortales reliquit
BETAM, ERNESTUM FRIDERICUM, LAU
RICUM, AGNETAM SOPHIAM, MAR



anno æta-
ico, sum-
oc xxxv.
io, noster
no tunc
do & Ex-
COBA-
centem.
ymnasio
luculen-
is Belgii
tandem
ore DN.
nistorii
eam du-
mq; do-
egrina-
χρησιμ
ngenii,
b anno
s admi-
ficum.
ersa pa-
am au-
d verò
o enim
im, fu-
ARGA-
ETAM
rè be-
LISA-
HEN-
STO-
ORUM